

& alijs Statib[us] Imperij, etiam hic Augustæ sub ipsa
initia horum Comitiorum inter cætera proponi fe-
cerit, q[uod] singuli Status Imperij vigore Cæfarei Edi-
cti, suam opinionem & sententiam in germanica &
latina lingua proponere debeant atq[ue] offerre. Et ha-
bita deliberatione proxima feria quarta, rursum re-
sponsū est V.C.M. nos proxima feria sexta Arti-
culos nostræ confessionis pro nostra parte oblatus
esse. Ideo vt V.M. voluntati obsequamur, offeri-
mus in hac religionis causa nostrorum Concionato-
rum, & nostram cōfessionem, cuiusmodi doctrinam
ex scripturis sanctis, & puro verbo dei, hactenus illi
in nostris terris, ducatibus, ditionibus, & vrbibus
tradiderint, ac in Ecclesijs tractauerint.

Quod si & cæteri, Electores, Principes, ac Status Im-
perij, similibus scriptis Latinis scilicet & Germanicis,
iuxta predictā Cæfaream ppositionē, suas opiniones
in hac causa Religionis produxerint, hic nos coram
V.C.M. tanq[ue] domino nostro clementissimo paratos
offerimus, nos cum præfatis principibus & amicis no-
stris, de tollerabilibus modis ac vijs amice conferre,
vt quantum honeste fieri potest, conueniamus & re-
inter nos partes, citra odiosam contentionem pacifi-
ce agitata, Deo dante, dissensio dirimatur, & ad vnā
veram concordem religionem reducatur, Sicut om-
nes sub uno Christo sumus, & militamus, & vnum
Christum confiteri debemus, iuxta tenorem edicti
V.C.M. & omnia ad veritatem dei perducantur, id
quod ardentissimis votis a deo petimus.

Si autem quod ad cæteros Electores, Principes
& Status, vt partem alteram attinet, hæc tractatio
causæ Religionis, eo modo quo V.C.M. agendam &
tractandam